



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XCVI. Markgraf Ludwig giebt Rechte zu Berckmoor, Höddelsen und  
Haselhorst dem Kloster Diesdorf auf, am 19. Februar 1347.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XCVI. Markgraf Ludwig giebt Rechte zu Berkmoor, Höddelfen und Haselhorst dem Kloster Diesdorf auf, am 19. Februar 1347.

Nouerint vniuersi tenorem prefencium inspecturi, Quod Nos Ludowicus, dei gracia Brandinburgensis et Lufacie Marchio, Comes palatinus Reni, Bauarie et karinthie Dux, Sacri romani imperii archicamerarius, Tyrolis et goricie comes, ad liberam et voluntariam resignationem quorundam reddituum infracriptorum per Strennum virum Paridam de knisebek fidelem nostrum dilectum, coram nobis beniuole factam, ob id quod se magis aptius requisitus tempore necessitatis se offerente ad nostra obsequia de cetero disponere valeat, que tamen nobis hactenus vt frequentius cum decencia commendabiliter vocatus exhibuit et fecit necnon ob reuerenciam et honorem omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie omniumque sanctorum ut diuinus cultus deinceps magis augeatur, ac eciam in remedium et perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgerum predecessorum nostrorum felicis recordationis, nostre, heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam appropriauimus et appropriare decreuimus, Honorabilibus et deodicatis personis, abbatisse, Priorisse totique Conuentui clauftri Distorph benedicti Ordinis, verdenfis dyocesis, presentibus et futuris deuotis nobis dilectis, videlicet tres marcas argenti puri cum dimidia marca eiusdem argenti annuorum reddituum, in censu et aduocatia villarum Berkemoor, Hodelfen et haselhorst sitas omni eo iure, quo predictus Paridam pretactos redditus a nobis tenuit et possedit, in antea perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet, quiete et pacifice pertinendas. Renuntiantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris, omni iure, actioni ac inpetitioni, que nobis in premissis redditibus competebant uel competere potuerint in futurum. In Cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Strenni viri Albertus de wolfistain, wolfhardus de Satzenhofen, Beringerus hele marschalcus noster et wilhelmus de Bombrecht pincerna noster cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Tankowe, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. septimo, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Inuocauit.

XCVII. Berthold von Veltheim und Wilhelm von Sampleben bezeugen die Aufgabe von drittelhalb Hufen zu Gvessen an das Kloster Diesdorf, am 21. Juli 1348.

Ek her bertolt van velthem vnde her wilhem van tzampleue, riddere, bekennen des, dat we hebben dar ouer ghewesen, dat heyneke hermanns van Eueffem heft ghelaten vry van aller Erfliken ansprake dridde halue houe tho eueffem deme Godeshuse tho dyfdorpe, de he bowede vnde dar dat godeshus sine malder af gaf, jo van der houe seuentwintich hympten brunwickescher mate, de malder hadde he veyr Jar verseten an dat nye, dat do was, des ghift eme de prouest tho den verseten malderen dat nye, dat tho komen was, two lodeghe mark. Hir heft mer ouer ghewesen heyneke wilfinge, de lantgogreue was, vnde Johan de gogreue vnde